



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

35. An Inquisitores possint superueniente probatione reum absolutum iterum examinare, & condemnare? Sed difficultas est, an reo in pœnam extraordinariam condemnato ob defectum probationis, su ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

supradicta sententia sustineri possit, ejus tamen opinio est, quod si reus, siue confessus tantum, siue convictus & confessus, de facto hereticali intentionem neget, non relaxandus tanquam hæreticus, sed super intentione torquendus est. Et ita hanc sententiam tenet etiam Peg. in direct. Inquis. p. 2. comm. 59. §. quod si non compareant sponte Lazar. de blasphem. 6. n. 13. & Jacob. de Grassis in decis. p. 1. lib. 2. c. 5. n. 15. Lopus & Card. penes Canteram ubi supra, qui mordicus tenet negativam sententiam, & respondet ad argumenta Rojas.

2. Sed quid dicendum, si non agatur de factis hereticis, sed tantum de verbis? Rojas ubi supra, de hæret. part. 1. n. 302. 303. & 306. cum Albertino de agnoscend. 9. 36. n. 18. q. 8. n. 12. & q. 34. n. 52. & 53. & alij putant, quod si aliquis confitetur non facta, sed verba hereticalia protulisse & negat intentionem, is non tanquam hæreticus relaxandus est, sed quia est de hæresi suspectus, potest super intentione torqueri. Vide etiam Decianum in tract. crim. lib. 5. c. 36. n. 19. Pegnam in direct. Inquis. part. 3. q. 61. comm. 110. & alios. Igitur supradicti DD. distinguunt inter facta & verba hereticalia, & ideo putant consistentem se fecisse facta hereticalia, & negantem intentionem, relaxandum esse tanquam hæreticum; consistentem vero se dixisse verba hereticalia, & negantem intentionem, torquendum esse tanquam de hæresi suspectum; & ita in specie sentit iterum Albertinus de agnoscend. 9. 36. n. 18.

3. Advertant tamen Lectores, quod doctus Simanca variis sibi videtur, & contrarius in hac questione, nam in cath. instit. tit. 6. §. 5. n. 52. asserit absolute & sine ulla distinctione torquendum esse reum, qui confessus fuerit se dixisse, aut fecisse aliquid hereticum, si neget intentionem hereticam, & antea tit. 13. n. 16. & in enchir. tit. 29. n. 8. contrarium docet, nempe quod qui facta, aut verbis hæresim committit, ut hæreticus puniendus est, quamvis recta intentione id fecisse juraverit.

4. Sed quid ego sentio in hac questione, dicam breviter. Opinionem Canteræ & aliorum asserentium quod in verbis & in factis, si reus neget intentionem, sit tantum torquendus, puto probabilem esse, quando reus ipse confitetur delictum, & negat intentionem; secus autem si non solum confitetur delictum, sed de illo sit convictus & ita hanc sententiam tenet novissime Toriblanca de magia lib. 3. c. 5. n. 49. Fatinae quem citat & sequitur Caltrus Palasus tract. 4. disp. 4. punct. 3. n. 17. Igitur negantem intentionem, & citus hereticas facientem, si testibus esset convictus puto tanquam hæreticum negativum relaxandum esse; quia aliter aperiretur via omnibus hereticis vitandi condemnationem, nam omnes se excusarent, dicendo absque intentione verba hereticalia dixisse, & facta præstitisse; & hæc opinio hodie regulariter servatur saltem in nostris Tribunalibus Inquisitionis Hispanicæ, ut testatur Joseph Selse in decis. Regni Aragon. tom. 4. decis. 441. n. 32. in fine.

RESOL. XXXV.

An Inquisitores possint superveniente probatione reum absolutum iterum examinare, & condemnare?

Sed difficultas est, an reo in penam extraordinariam condemnato ob defectum probationis, si superveniant novæ probationes possint illum Inquisitores in penam ordinariam condemnare?

Et an verò indicia supervenientia sint conjungenda cum indicibus, ex quibus reus prius fuerat tortus? Ex p. 4. tr. 8. Ref. etiam 35.

§. 1. Ictè in aliis criminibus, post sententiam absolutam non licet reum absolutum iterum de eodem crimine examinare, inquirere, & punire.

tamen in favorem fidei contrarium dicendum est in causa hæresis in qua sententia absolutoria nunquam transit in rem judicatam, ut late probant Sousa in aphor. Inquis. lib. 2. c. 37. n. 31. Rojas de hæret. p. 2. n. 384. Simanca in cathol. inst. tit. 60. n. 13. Pegna in direct. Inquis. p. 3. comm. 37. & 91. Scaccia de judic. l. 1. c. 93. n. 2. & 3. & ita determinavit Pius V. in Bull. edita an. 1567. & hæc opinio procedit contra Repertor. Inquis. ver. absolutio, & ibi Mandosium in addit. lit. E, etiam si reus fuisset absolutus de eadem hæresi tanquam innocens, ut optime notat Scaccia loc. cit. & ideo in instruct. Hispan. anno 1484. n. 3. sic habetur. [Item acordaron y ordenaron, que los que fueren presos por este delito que no sean fatigados en las carcelles, en la dilacion del tiempo, que luego se haga el processo con ellos, porque no haya lugar de que xarse y no se detengan a causa de no haver entera provança, pues que es causa que quando sobreviene probança se puede de nuevo agitar no obstante la sentençia, que fuere dada.] Sic ibi. Hinc fertur cum Ferdinando de Castro in oper. mor. tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 11. n. 10. in causa hæresis, probationes supervenientes conjungi posse cum præcedentibus insufficientibus, & ob quarum insufficientiam absolutus fuit reus ab instantia judicii. Vide Pegnam in direct. part. 3. comm. 92. & Simancam in cathol. inst. tit. 18. n. 12.

2. Sed difficultas est, an reo in penam extraordinariam condemnato ob defectum probationis, si superveniant novæ probationes, possint illum Inquisitores in penam ordinariam condemnare? Lucas de Peña & Jacobus Bellovisio apud Rojas ubi infra, affirmativam sententiam tenent; alij verò asserunt, quod si pena extraordinaria non fuit executioni mandata, tunc reus pena ordinaria puniri potest, superveniente legitima probatione; secus si mandata sit executioni, & ita docet & observatum esse in Hispania in Sacri. Inquisit. Tribunali testatur Ferdinandus de Castro ubi supra in oper. mor. tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 11. n. 11. Igitur secundum Castrum, si pena sit executioni mandata, in casu tali censet nullo modo posse puniri reum pena ordinaria, sed à pena ordinaria detrahendum, quantum arbitraria importat; nam alioquin reus puniretur gravius, quam mereretur, & in hanc sententiam inclinat Rojas de hæret. part. 2. num. 392. licet loquatur cum verbo *forasan*, & in hac questione difficili & ambigua, discipuli potius quam Magistri officio fungi velit. Verum ego absolute & sine ulla formidine existimo tenendam esse opinionem Castri Palai, quam tenet etiam novissime Anton. Sousa loco infra citando, num. 8. ubi sic ait. Condemnatus propter hæresim, aut suspicionem illius in penam arbitriam ex defectu probationis, si plena probatio supervenerit, puniri debet pena ordinaria, dummodo prima pena adimpleta non fuerit; si autem adimpleta sit, compensetur in secunda. Ita ille, qui optime tamen n. 9. limitat supradictam sententiam in casu quo pena ordinaria delicti sit capitalis, nam prima pena etsi corporalis, non minuet secundam; nec secunda compensabitur cum prima, sed tota ordinaria imponi potest, cum talis pena divisibilis non sit.

3. Et tandem non desinam hic adnotare ea quæ etiam observavit apud eundem Soulam in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 37. num. 7. ubi ita ait. Abjurata vehementi hæresis suspicionem, si dentur novæ probationes non plene convincentes novorum lapsuum, post dictam abjuratorem commissorum, de juris rigore tales probationes conjungi possunt cum præcedentibus, ad unam constituendam probationem, cum sententia non transeat in rem judicatam, hætenus tamen hoc praticari non vidi. Ita Sousa, quod est valde notandum. An verò indicia supervenientia sint conjungenda cum indicibus ex quibus reus prius fuerat tortus, videntur Domini Inquisit. omnino Prosperum Farinac.

Sup. hoc in Ref. not præterita, §. 2. a lin. 5.

Sup. hoc in tract. 10. Ref. 76.

ia addit. ad ejus opera poss. lib. 3. Consilior. ad 9.4. n. 29. fol. mibi 6. col. 1. ubi sic ait: Si quis fuit absolutus ex eo quod in tortura perstitit, & tunc sine dubio indicia quæ per torturam fuerunt purgata, & sublata, nullam vim habent, siortia sunt, nec propterea conjungi possunt cum alijs supervenientibus indicijs, aut probationibus; secus si tortura non illata reus fuit absolutus, ex eo quod in judicium contra ipsum deducta non sufficiebant ad condemnandum. Tunc enim imperfecta probatio primæ instantiæ, conjungitur cum superveniente probatione, secundum veram, communem & usu receptam sententiam, de qua est Bart. Host. Abb. Felin. Alex. & Alciat. in locis per eum relatis, testatur Simanca Cathol. iustit. tit. 18. rubr. de defunctis, n. 20. Et hanc declarationem bene nota, quia (ni fallor) alibi eam non reperies in specie positam, sæpe habui in facto, & sic, ut supra, judicavi, & communiter judicatum vidi. Ita Farinacius loco citato.

RESOL. XXXVI.

Quenam pertinacia sufficiat ad constituendum hominem hereticum, non solum in foro interno, sed etiam externo?

Et supponitur nullam esse hæresim sine pertinacia?

Et an ignorantia crassa, & supina excuset ab hæresi, & quid de affectu?

Et an sit censendus hereticus pertinax vir simplex admonitus ab Inquisitoribus, vel Episcopo, si adhuc in suo errore persistat? Ex p. 4. tr. 7. Ref. etiam 36.

Sup. hoc, quod hic supponitur, sup. in tr. 8. epist. 162. quo clarè habetur in cap. dixit Apostolus 2.4. quamvis re- g. 3. cap. 1. Ecclesia, eadem quest. & causa, & expressè in Clem. in de summ. Trinit. & fide Cathol. & colligitur ex alijs iuribus, ut ex cap. damnamus, de summ. Trinit. & cap. cum contumacia, de heret. in 6. & cap. excommunicamus, de heret. & patet ex definitione ipsius hæresis, quæ dicitur error voluntarius contra aliquam fideli veritatem cum pertinacia assertus ab eo qui fidem recepit. Sed difficultas quæ multorum torfit ingenia, consistit in declarando quænam sit ista pertinacia sine qua nullus est hereticus.

1. Prima opinio est ferè omnium Theologorum assertum ad pertinaciam sufficere quod sciens quis aliquid esse de fide, deliberatè illud non credat, sed ut quis animadvertat suam opinionem esse contrariam sensui Ecclesiæ Catholice, & tamen neglecta auctoritate Ecclesiæ persistat in sua opinione. Ita Becanus in 2.2. cap. 14. quest. 2. concl. 3. num. 10. Scortia in Bull. Pontif. epist. 4. theor. 8. Turriarvus tom. 1. in 2.2. disp. 55. dub. 2. Vasquez in 1. 2. quest. 76. art. 7. disp. 26. cap. 3. Valentia tom. 3. disp. 1. quest. 11. punct. 1. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 7. num. 4. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 9. quest. 1. Castrus Palau tom. 1. tract. 4. disputat. 3. punct. 2. num. 1. Coninch, de fide disp. 18. dub. 7. n. 78. Filiucius tom. 2. tract. 22. cap. 6. n. 153. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 13. num. 2. Reginaldus tom. 1. lib. 9. cap. 14. num. 224. Pelantius, Malderus, Sylvius, Bañez, Itagon, & Cajetanus in 2.2. quest. 11. artic. 2. cum alijs penes ipsos.

3. Secunda opinio est aliquorum Iurisperitorum non peritè asserentium, minimè esse hereticum pertinacem, si quis prius non fuerit admonitus. Ita Alciat. in l. 2. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. n. 3. ubi sic ait: Pertinacia est, quæ hominem hereticum facit, quapropter si quisquam in Trinitate non rectè sentiat, nisi admonitus persistat, hereticus non est. Sic ille, & inter Neotericos hanc sententiam docet Menoch. vol. 2. conf. 149. n. 49. ubi sic ait: Ut quis dicatur hereticus pertinax

debet constare quod fuit monitus, & instructus de veritate, & quod ea instructione sprete persistat in eadem opinione, & citat pro hac sententia Lupum & Turcematam, quibus addi potest Palatius Rub. in alleg. in mat. heres. §. 3. per tot. Unde D. August. de Civit. Dei, lib. 8. cap. 51. relatus in cap. qui in Ecclesia 24. quest. 3. sic ait: Qui in Ecclesia Dei morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correcti, ut sanum rectumque sapient, resistunt contumaciter, sua pestifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, heretici sunt. Et in Clem. in de summ. Trinit. Pontifex definit hereticum censendum esse qui defendere pertinaciter præsumperit quod anima rationalis non sit forma corporis humani.

4. Tertia opinio fœdere distinctionis lapidatæ pugnantibus opinionibus conciliat, ait enim primam opinionem procedere in foro interiori, secundam verò in foro exteriori. Ita Petrus de Aragon. in 2.2. q. 11. art. 1. concl. 2. & Sanctarellus de heret. cap. 1. dub. 4. n. 18. in fin. & favei Tannerus in 2.2. D. Th. disp. 1. q. 8. dub. 5. n. 91. & 94. Verum si hæc distinctio admittenda esset, paucos hereticos puniret Tribunal S. Inquisit. cum periculo reipubl. quia omnes heretici se defenderent, dicendo quod non fuerint admoniti, & deo primam sententiam non solum in foro interiori, sed etiam exteriori puto amplectendam esse. Unde Lorca in 2.2. D. Th. q. 11. art. 2. disp. 41. n. 8. sic ait: Per se, & ex natura rei non est necessaria admonitio, ut homo hereticus sit pertinax, nam in his quæ manifesta sunt, qui errat ex electione & deliberatè, etiam si nullo speciatim admonitus sit, & priusquam admonitus sit pertinax, est etiam hereticus.

5. Quare non rectè Alciatus, & quidam alij dicunt neminem censendum esse pertinacem, nisi eum, qui admonitus persistit in errore, quia sine speciali admonitione potest esse electio erroris contra Ecclesiam & si quæ admonitio necessaria est, ipsa notorie doctrinæ sit, quemadmodum in excommunicationibus à jure lex ipsa sufficienter admonet, ut libet contumaciæ quæ ad excommunicationem requiritur. Nec solum in foro animæ, sed etiam in foro externo potest decerni pertinacia sine aliqua monitione prævia. Hæc Lorca doctissime, ut semper solet. Unde Paramus & orig. Inquis. lib. 3. tit. 1. cap. 4. num. 5. ait: In usu & more Ecclesiæ positum esse eum hereticum decernere, qui errore imbutus fuerit à se damnato, quamvis nulla præterierit communis eum vox, & ideo Paulus Garfia in ordine processandi in S. Officio fol. 11. a tergo, sic ait: [Cada y quando que el Reo confesare haver tenido y creydo errores, se le ha de ptegarar si sabia y entendia que la Yglesia Catholica Romana renia lo contrario de lo que el creia, de manera que bastantemente satisfacga a lo que toca à la pertinacia que es lo que haze herege consumado.] Sic ibi. Sed audiamus Simancam tit. 48. num. 7. & 8. sic asserentem. Adnotatu dignum est quod quicumque credit aliquam propositionem veram esse, cujus contrariam sciat esse catholicam, hoc solo consummatus hereticus pertinax est. Nec audiendi quidam, quorum in numero est Alciatus, qui putant neminem hereticum pertinacem esse, qui non habet animum oblitum, & admonitus non persistit, nam pertinacia quæ consummatur facit hereticum, non est oblitatio sola, sed quilibet etiam verus consensus contrarius cognita veritati Ecclesiæ Catholice. Accedit etiam ratio viva quidem & spirans, quia sacra Scriptura, & Ecclesiastica definitio, quibus fides Catholica continetur, plus operatur, & potest, quam sexcentæ judicis humani. Si nes, & quam mille prohibitiones juris humani adcur igitur is, qui contradicit legitimis hominum admonitionibus, pertinax est, & qui facit contra prohibitionem legis humanæ, ipso facto incidit in excom-